prerogativa gravis tenendi habendi et possidendi, illisque quiete et pacifice obtinendi, ac ad suos quosvis beneplacitos ususfructus libere et effectualiter convertendi. Iurio praefati originali ea omnia latius in se complectentis praesentisque cessi et transfusi vigore.

Dydynscy & Charzewski mutuo Roborant. Dydynscy Statuent fratrem

778 Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosi Candidus Constantinus et Franciscus Dydynscy fratres inter se germani ab una, et Eustachius Charzewski partibus ab altera; sani mentibus et corporibus existentes à Terris, Districtibus, Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesentique Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quoad Actum hunc attinet se, cum successoribus Bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo, palam libere, publice, ac per ex pressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi et quidem praefati Generosi Dydynscy suis et Generosi Michaelis Dydynski fratris sui germani, pro cuius ratihabitione cavent ac se praesentibus inscribunt nominibus, sibi mutuo et invicem una Pars alteri ac Posteris utriusque Partis seu ac suos successores in et super Bonis suis generaliter omnibus, summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis inscribunt et obligant praesentibus, Intercisam certam seu scripturam certam ma-

nuale inter se Recognoscentes et praefatum Generosum Michaelem Dydynski, ratione certarum rerum et conditionum in eadem Intercisa seu Scripto praefato manuali contentarum de Actu et Data illius hic Premysliae Die hesterna Actum praesentem proxime praecedente confect et conscripto manibus sui Recognoscentium propriis ab utrinque subscripto in omnibus et singulis eiusdem Intercisae seu scripti manualis conditionibus, punctis, clausulis, articulis, vadiis, ligamentis ac nexibus generaliter universis una cum paragraphis seu additamentis conditionis certis, in eadem Intercisa seu Scripto praefato manuali appositis, firmiter tenere, complere exequi ac inviolabiliter observare, omnibusque et singulis eius contentis tam in parte, quam in toto, toties quoties opus fuerit satisfacere. Intercisam seu Scriptum praefatum manuale ad Inscriptionem praesentem Roboratoriam et Inscriptionem praesentem Roboratoriam ad praedictam Intercisam seu Scriptum manuale vicissim in toto referendo; Idque sub damnis Terrestribus simpliciter absque corporali Iuramento taxandis et edicendis per Partem Parti cum Successoribus utriusque Partis. ob non complementum contentorum Intercisae praefatae seu Scripti eiusdem manualis omnium et singulorum tam in parte, quam in toto, toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendis Nihilominus iidem Recognoscentes Generosi Candidus Constantinus et Franciscus Dydynscij fratres inter se germani, se ac suos Successores in et super Bonis suis generaliter omnibus summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis supra scripto Generoso Eustachio Charzewski eiusque Posteris inscribunt et obligant praesentibus, memoratum Generosum Michaelem Dydynski sui Recognoscentium fratrem

germanum, vel in eventu mortis successores illius ad appro-
bandam per ipsu Inscriptionem praesentem Roboratinam
vel aliam similem suo pro interesse faciendam, ad Acta quae-
via Authentica Regni vim perpetuitatis in se habentia, inca
decursum duodecem septimanarum adducere et personaliter
statuere, ab eoque vel eius successoribus ut praemissa debite
exequantur efficere, idque sub aliis similibus seorsivis et
specialibus damnis Terrestribus simpliciter absque corpo-
rali Iuramento taxandis et edicendis per eosdem Recogno-
scentes sive eorum successores suprascriptos Generoso Eusta-
chio Charzewski vel eius Posteris ob non statutionem me-
morati Generosi Michaelis Dydynski fratris sui germa-
ni statuendi, vel in eventu mortis successorum illius pro
tempore et loco superius expressis, ad solvendum succum-
bendi, Pro quibus quidem Damnis Terrestribus simplici-
ter taxatis modo praemisso ad solvendum succubitis, ac
pro re aliqua principali, ex contentis Interesis praefatis
seu scripti eiusdem manualis non completa complenda Cita-
ta existens memorata Parsona praemissa non tenca
sive eius Posteri, ad instantiam Partis alterius praemissa
tenentis et complentis vel illius successorum ad Officium
praesens Castrense Capitaneale Premisliense ex tunc
recessu suprascripto, quoad respondendum spectat mediante,
semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio
stare, Iuri parere, respondere, Damna praefata Terre-
stria simpliciter taxata luere, Inscriptioni huic satisfa-
cere, a omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seq
ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat
praesentibus, illum Terminum primum peremptorium et alios
omnes exinde consequentes causa eiusdem Terminos

semper

semper peremptorios, vera infirmitate, pro maiori, minorennitate Successorum, Legatione intra vel extra Regnum, servitio militari, ad munimenta, ad Exercitum, vel aliis quibuscunque Dillationibus, et Legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem proinde ultra proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos Dillationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones Appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia Poenis simplicibus vel triplicatis Evasionibus Suspensionibus fatalis Juris, praescriptione Terrestri bello Conventioneque a caliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Iidem Dydynscy eidem Charzewskiemu debent & Fratrem Statuent.

76

Comparentes personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosi Candidus Constantinus, et Franciscus Dydynscy Fratres inter se germani, olim Generosi Nicolai Dydynski Filii, sani mentibus et corporibus existentes, a Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni quo ad Actum hunc attinet se cum Successoribus, ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognoverunt, et quilibet